



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 48.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

viciosus locus  
in vtraq; m. l.

Burgundiones: ibiq; nihil aliud præsumebant, nisi quantum pretio ementes à Germanis eorum stipendia accipiebant. Et cum ibidem duobus annis resedissent, per legatos inuitati à Romanis vel Gallis qui Lugdunensium prouinciæ & Galliæ domita cisalpina vt tributarij, publice potuissent renuere. ibiq; cum vxoribus & liberis visi sunt confedisse. Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod Græci apoplexiam vocant, Briuione percussus moritur.

Caput 47.

**P**ost quem GRATIANVS assumpto in imperium Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat. Valens legem dat vt monachi militarent: nolentes iussit interfici. Alamnorum xxx. circiter millia apud Argætarum oppidū Galliarum ab exercitu Gratiani prostrata.

Caput 48.

**G**ens Hunorū Gothos vastat, qui à Romanis, sine armorū congressione suscepti, per auaritiā Maximiducis, fame ad rebellandū coacti sunt. Superatis in cōgressione Rom. Gothi fundunt in Thracia. Valens de Antiochia exire compulsus Christianos de exilio reuocat. Lachrymabile bellū in Thracia, in quo deserētē equitum præsidio, Romanæ legiones à Gothis vsq; ad internecionem cæsa sunt. Ipse Imperator Valens cum sagitta facius fugeret, & dolore nimio sæpe ab equo laberetur, ad cuiusdā villulæ casam deportatus est, quo persequentibus barbaris, & incensa domo, sepultura quoq; caruit.

Caput 49.  
Recapitulatio.  
a al. mille  
CXXXI.  
bal. 427.

**A**vrbe condita vsq; ad extremum huius operis an. fiunt *a* mille xxxi. hoc modo sub regibus an. ccx l. sub consulibus anni cccclxiiii. Sub Augustis & Cæsaribus an. *b* ccccxvii. à xv. Tiberij anno & prædicatione Domini nostri Iesu Christi. *A* secundo anno  
Da-